



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

9 Perpetua in vno beneficio perduratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Anacletus; cuius verba recitat & Gratianus di-
 stinct. 80. c. Episcopi nō in castellis. nisi quōd
 verba postrema, quæ tamen potissima sunt,
 & huius propriè loci, prætermiserit; hæc nimi-
 tam, & in ea diebus vita sua duraturus. minimè
 tamen omisit idem Gratianus id quod huic A-
 nacleti Epistolæ conformiter cōstituit aliquot
 postea seculis Urbanus Papa secundus in Sy-
 nodo Placentina; Sine titulo; inquit, ordina-
 tio irrita habeatur. & in qua ecclesia quilibet
 institutus est, in ea perpetuò perseveret. c. fan-
 thoru. distinct. 70. Quo ex Anacleti loco mo-
 vendi sunt obiter & quasi per digressiunculam
 studiosi, titulos ecclesiasticos propriè dici de
 prædicatoria illa clericali militia quasi statione;
 pro spirituali nimirum & euangelico populi
 Christiani pastu, custodia, tutela, tuitione-
 que, unde tituli nomen descendit. Sic olim Ro-
 mæ inter Ethnicos iam ante Christum natum
 tituli nominabantur ipsimet milites quasi tu-
 rali, propterea quōd patriam tuerentur; unde
 & nomen Titi ortum esse scribit Sextus Pom-
 peius Festus lib. 18. de verborum veterum si-
 gnificatione. quo fit vt non tam ad semetip-
 sum tuendum clerico Titulus detur ecclesia-
 sticus, quàm ad populum Christianum fidei
 sue in sua statione commissum in fide pieta-
 teque Christiana tuendum, quæ quidem no-
 minis huius (tituli) ratio, non potest non
 vehementer placere. quanquam certo cer-
 tus est, mercede sua dignos esse vicissim
 Clericos vt ac tanquam cooperarios Christi

a iij sacro-

9
Perpetua in
vno beneficio
perduratio.

10
Titus vnde
dictus.